



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Tertium paradoxum, de instigante jurare falsum, quod jurans verum putat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

damnaque gravia vitanda potest quislibet sibi falsum crimen imponere, etiamsi mors sit inde secutura. Hæc duo non conveniunt: Si enim ius natura obstat, ne quis sibi vulnus infligat, quæ ratione patietur, ut quis se interimit mendacio.

27. Sed nimis obvia est mihi responsio: hæc secundam partem docet quidem meus Thomas; sed primam non docet certo, sed sub verbo dubitandi. Deinde Tamburinus non dicit, ius natura obstat, ne quis sibi leve vulnus infligat, sed, De jure natura videtur, ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam. Quæ duo sunt longe diversa; nam ex primo sequeretur, peccare in omni casu sibi vulnus leve infligentem, quod falsum est: digitem enim, v. g. gliscite vulnero, imò abscindo, ne totum brachium marcescat. At ex secundo sequitur tantum, quod ex jure naturæ me possim defendere à levi vulnere, non quod omnino debeam. Simile quid dicimus, de jure naturæ esse matrimonium. Non enim sic hominem ad matrimonium obligamus, sed solum ostendimus, ejus juris esse, ut matrimonium inire possit. Præterea non dicit Tamburinus, (se mendacio posse interimere,) sed cum æquocatione, quod certe mendacium non est. Et item non dicit (se interimere) sed per dictam æquocationem se liberare posse à tormentis gravibus, esto deinde per accidens sequitur mors, à se non intentata; sicuti infirmus potest regulare medicinam, v. g. sectionem difficillimam, quia ut alibi dicitur, & notavit Joan. Saneius (supra c. 17. num. meo 6. allatus) vita non est digna, ut cum tanto dolore conservetur.

Quare falsum est, duo Tamburini dicta sibi non convenire, conveniunt enim maxime. Ejus enim dicta hæc duo sunt. Natura concedit, ut ego possim me tueri à vulnere levi, Natura patitur, seu concedit, ut ego per æquocationem fugiam tormenta gravia, esto indirecte sequatur mors, à me nequaquam intentata, nec à me mihi danda. Ubinam vel umbra hic est discordiæ?

Cum hæc igitur sit vera Tamburini doctrina, qua veritate illum contra se pugnasse confingis?

38. Advocatus quidam (narrat Jacobus Malenius in arte argutiarum fol. mibi 200.) in tectulo pleurumque causatum in ludicio victor, postquam Religiosum Ordinem subisset, ac pro Monasterio lites propugnaret, victus plerumque cessit: causam rogatus, cur ante victor, omnia nunc amitteret, non audeo (respondit) mentiri, ut antea. At Baronius, an ab hujus p. i. hominis documento longe distet ipse consideret. Distat enim ab eo, non solum Paralanga, quæ apud Persas intervallum est 30. stadiorum, ut ipse supra c. 21. num. 11. meo dixit de Tamb. sed plus quam Schæno, quæ est 60.

39. Hic præterea non omitam id, quod omisit Baronius, is enim prædictam primam partem his verbis, & se jure refert, & quasi ut certo à Tamburino dictam, De jure natura est, ne leve mihi vulnus infligam, alias autem rationes à longe salutari.

40. At Tamburinus illam sub adverbio dubitandi (fortasse) id est, sub incertitudine assertit (ut modo innui) nec ejusmodi sententiam munit sola ratione ducta ex jure naturæ, sed aliis; & denique nonnullas limitationes eam admodum hinc inde adiungit, quæ omnia pro suo inst. tuto prudenter silentio noster Impugnator obvolvunt. Legat iterum Anagnostes germanam Tamburini doctrinam, lib. 3. cap. 4. §. 3. num. 10.

41. TAMB. Quid de malo levi, v. g. præcipiat mihi Superior, ut fatear, an dixerim mendacium jocosum?

An sim surdus obolus? An silentium in Religione fregerim? ex qua Confessione mihi, non nisi malum leve accidere possit, vel præcipiat, ut fatear homicidium, furtum grave. &c. ex cuius confessione certus sum (ita suppono) solum malum leve me incursum, si negem cum æquocatione, quodnam peccatum committam?

42. Respondeo à mortali fortasse excusandus esses, quævis contrarius sit Delugo, T. 2. de Justit. d. 40. lect. 1. num. 16. line. Ratio esse potest, vel quia de jure natura videtur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam, vel, quia, si agitur de pœna levi infligenda, videtur & leve, & non rigorosum Superioris præceptum, vel, quia ex negatione talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pœna sit imponenda.

43. Hic tamen excipio, nisi alias bonum commune aliter postularet, vel nisi sic deberet averi malum grave impenitens Tertio, tunc enim Charitas exigit, ut meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi præponatur. Ita Tamburinus.

Animadvertis, quoties Baronius infideliter agit? Si semel in hunc errorem prolapsus esset, illum benignus excusarem; primus enim lapsus, vel casui imputatur, vel imprudentiæ; at, quia iteratus stultitiæ dâri solet, aut infestitiæ, non possum non meminisse illius Lyrici catminis.

Et Citharædus

Rident, chorda qui semper oberrat eadem.

CAPUT XXIV.

Tertium Paradoxum.

De instigante jurare falsum, quod jurans verum putat.

1. **T**ertium hoc Paradoxum sic evulgat Baronius, majore, quam Sybaristæ saltu prætergidus.

BARON. ibid. fol. 95. Superiora Paradoxa videntur posteriora vincere, & augere. Refert idem Author (Tamburinus) b. 3. c. 1. quæsitum, an liceret ad falsum juramentum adducere testem, qui bono animo rem putat veram, seu auctori ad jurandum, compertum est, esse falsum.

Ad hanc Quæstionem prius negative respondit Tamburinus ab exemplo ducto illius, qui instigaret ebrum ad incessandum contumeliosum parentem, vel infantem ad blasphemandum Deum, vel servum ad laborandum die, quem ignorat, festo.

2. Et paulo post. At hoc consilium retractavit postea commentitia quadam differentia; quia qui auctor est ebrio conviciandi parentem, vel servo die festo laborandi, cognoscit eas actiones materialiter pravas, & nullo modo inducere ullam bonitatem, ac proinde nec intendi, nec persuaderi posse. At juramentum, inquit, quod sine damno proximi bono animo jurantis fit, etiam de re falsa, æquus est studiosus Religiosis, quem potest, ut finem inspicere, qui per suadet juramentum rei falsæ.

3. Atque hujus inventi gaudii, vix sui compe, addit Subtilis alium videbatur, sed certe vera distinctio, ut si penetraretur, censenda sit in posterum probabilis hæc sententia ab Huetodo inventa, antra improbabili, d. n. cist. nova cogitatio accessit illi probabilitas. Ad minus aliqua tenuissima. Sed revera nulla accessit. Quid enim dicit ad exemplum

Ddd 4

[servi]

Servi inducti ab hero ad colendum agrum, quod opus servile potest studiose fieri à servo, obedientia, aut iustitia causa? Quid de viro cum cognata juncto, cui reddere debitum putat opus iustitia. Quid si quis ex ignorantia invincibili colat Diabolum, quem credit esse Christum: vel adorat Hostiam, quam etiam ex errore putet consecratam? &c.

4. TAMB. Audito Baronio, audiamus Authorem: In quibusdam Civitatibus (ait lib. 3. in Decalog. cap. 1. §. 6. num. 4.) sunt quadam officia, quae civibus, non vero exteris, quamquam diu inibi per omnimodam domicilii mutationem sint commorati, distribuuntur. Titus ergo, qui à teneris unguiculis in quadam ex his Civitatibus educatus, credebatur à pluribus naturalis civis, à pluribus autem incolae, cupiebat eos, qui verum sciebant, negligere, qui autem sibi favere possent, in testimonium de certa scientia adducere. Verum an id fieri à se posset, quantum ad iuramentum pertinebat, à me per amice sciscitatus est: nam quantum ad cetera, quae obflare poterant (vere enim id erat contra iustitiam, siquidem incendebatur praeferratur naturalibus) sibi aliunde consuluisse, praetextu quarundam compensationum assererebat; cumque ego negativè respondissem, ac modo aliam doctrinam Bonacina ostendissem, noluit acquiescere, asserens in hoc casu nec peccaturos amicos, quia verum se jurare putabant, nec ipsum, quia nihil ipse jurabat, unde ergo peccati ratio deduci posset? Dixi, culpam esse inductionem ad illud iuramentum, licet solum materialiter falsum.

Illustravi id exemplis allatis à Delugo, l. mox cit. Fac, tuum fratrem ebrium esse, quem inducas ad contumelias graves contra communem parentem contorquendas, certe non peccabit ebrius, at in peccatum tu incidet, qui mediante fratre injurius esse non verearis patri. Fac te commovere infantem ad blasphemandum Deum, vel concalcandam sacram imaginem; infans propter infirmam mentem non delinquit, quis autem te unquam excusabit, dum advertens verba illa, & facta esse blasphemia, ea in os, & animum infantis immititur? Fac, tuum servum putare, hodie non esse diem festum, si eum tu sine causa compellis ad laborandum, nonne ipse excusabitur, tu vero de precepti violatione damnaberis. Hac & similia, quae traduntur à Doctoribus apud Casiri. tr. 1. r. deleg. p. 24. §. 2. in ea questione: an si ve excusatus à lege, si ve à lege non comprehensus liceat subministrare contra legem, ut audivit amicus, vidique similem apparere casum nostrum, manus non invitus dedit.

Non me later, Petrum Hurtadum, quem sequitur Diana, part. 3. tract. 7. de Scandalo Rel. 14. & Tancred. tract. de Relig. d. 5. de Perjurio, num. 31. docere, esse probabile, non esse culpam inducere testem ad jurandum in praedicto casu. Sed nec me later, To. Delugo, tom. 2. de Justit. d. 39. lect. 3. à nu. 21. putasse, ejusmodi Hurtadi sententiam, apparenter solum posse defendi.

Verum, ut ingenue fatear, post aliquot à consilio dato menses, subit mentem meam disparitas inter casum nostrum, & exempla allata, quibus nitebatur tota vis consilii mei, ille enim homo excitando ebrium ad injuriandum, puerum infantem ad blasphemandum, servum ad laborandum die festivo, cognoscit eas actiones esse materialiter pravas, & nullo modo inducere ullam bonitatem, quare eas nec velle nec intedere, nec consulere potest. At in casu nostro advertit in eo, qui modo dicto, sine proximi damno, (ut supponimus) jurat, adesse bonitatem virtutis Religionis; jurare enim id, quod sine culpa putatur esse verum, actus est

Religionis. Hoc igitur bonum sine proportionata culpa intenditur, qui ad illud iuramentum precoriam nulli non peccabit, quod bonum formale cum non sit in illis actionibus, non est mirum, si in illis precoriam nullum, nequaquam sine peccato potest. Subtilis alicui videtur, sed certe vera distinctio: ut si penebatur censenda huiusmodi iuramenta, tanquam sceleris inventores accellerent, à Theonino dente rodatur?

5. Nunc expendamus nonnulla: Primo, distinctio inventa non est à Tamburino, sed à Hurtado, ut mox videbis, & miraris me iterum, iterum, quod conquirit, quod à ceteris omissis, unus neque exceptor, tanquam sceleris inventores accellerent, à Theonino dente rodatur?

6. Secundò, Baronius ait (huius inventi gaudium sui compos Tamburinus) oro te, lect. 1. ut repetas actionem praedictam doctrinam Tamburini, modo prolata; & vide, an sit unum, vel minimum verbum, quo is praefertat ejusmodi gaudium, & ejus generis gaudium, quo vix sit compos. Quo igitur loco hoc gaudium vidit Baronius? extat apud Menutium fol. mibi 783. illud Adagium de eo, quod alio fallentibus oculis intueretur, hic, & dicitur, tria videri; Acutior est amicus noster, qui plura tria videt in nihilo.

Tertiò, dicit quidem Tamburinus, ejusmodi disparitatem, post menses, ejus mentem subit, sed potius animi submissionem sic indicat, cum lateat ingenue disparitatem illam antea non vidisse, quam tamen viderat, & scripsit: at Delugo, cujus Tamburinus doctrinam legerat, quia illam, ut vidisset, cur, & nihilominus praedictam disparitatem non adnoterat. En verba Delugo, quae etiam ostendunt ipsam non admodum dissimulati ab hac sententia, praedictam in ultimis verbis num. suo 22.

7. DELUGO. Aliter magis apparenter (ait tom. 2. de Justit. d. 39. num. 22.) possit id defendi dicendo, primum eo casu, nec formaliter, nec materialiter esse, quod probari posset ex doctrina à nobis tractata, disp. 23. et pœn. lect. 4. num. 76. nempe potest, & affirmari, vocales directe, & immediate significare solum conceptus, siros, res vero indirecte & mediate. Quare, quando dicit, Petrus est in foro, affirmat immediate scientiam suam, asserit, ego scio, Petrum esse in foro, quod idem dicendum est de jures; nam immediate adducit Deum in testem scientia, & mentis tuae. Sicut si diceret: Sic Deus testis, quod ego iuro, Petrum esse in foro. Unde videtur, nunquam fieri perjurium, etiam materiale, quando aliquis jurat iuxta suam mentem, quia semper est verum, id quod immediate, & directe affirmat, & jurat, nempe se putare, rem ita esse. Tunc autem non posset perjurium materiale, quando aliquis iuraret contra suam mentem, putans invincibiliter, perjurium esse peccatum, vel non advertens ad eius multam propter distractionem, vel consuetudinem, &c.

Cum ergo testis in casu nostro putet, rem ita esse, iuratur, nempe se putare rem ita esse, atque alius qui iuramentum ei consuluit, non consulit perjurium etiam materiale, sed iuramentum verum de scientia, vel opinionione, quam revera habet.

8. Num. 22. Quidquid tamen de hoc sit, ego non video, cur in praedicto casu non liceat petere à iudice, ut iuret rem ita esse, sed solum existimare, rem ita esse, tunc enim procul dubio nec formale, nec materiale perjurium consuleretur, sed varisimum iuramentum.

monium, nempe de exsimatione actuali, quam revera habet. Sic Delugo.

9. Quarto, ait Baronius, Tamburinum dixisse, hanc disparitatem alicui videri posse subtilem. Fateor, sed quid inde? Subtilis via est ipsi Tamburino ex sui animi submissione, & huiusmodi videbatur fortasse alicui merè Casuista, non vero tibi, Baronius; nam si tecum dumtaxat, vel cum tui similibus ingeniosis Theologis se ille loqui putasset, ab hac subtilitatis mentione abstinuisse.

10. Quinto, Baronius præter exempla contra prædictam sententiam de insipientie ebrium ad conviciandum parentem, vel infantem ad blasphemandum, &c. quæ actiones ita sunt malæ, ut nemo posset eas consilium etiam illi amentis, qui putat esse bonas, vel nescit esse malas; asserta exempla de servo laborante die festo ad obedientiam Domini, de viro cum consanguinea conjuncto, ei reddente debitum ex virtute iustitiæ, de colente Cacodæmonem, quem falso putat ob ignorantiam, esse Christum, &c. quæ, & similia exempla fortius ait militare contra prædictam sententiam; quia actus obedientiæ servi, & illi alii sunt actus virtutum, & tamen non potest illi Dominum laborem in die festo præcipere, nec aliquis excitare consanguineam ad reddendum illud debitum, & sic de aliis. Ergo par ratione non potes consilium testis, jurare, quod ipse putat esse verum, quamvis sit actus virtutis Religionis, & ipse sit per ignorantiam putet. Verum fere similis Responsio danda est huic, & similibus exemplis, perinde ac data est aliis, antea dictis, & ut clarius id intelligas, relegi illa verba modo allegata Tamburini.

11. TAMB. Ille homo excitando ebrium ad injuriandum patrem, infantem ad blasphemandum, servum ad laborandum die festo, cognoscit eas actiones esse materialiter pravas, & nullo modo inducere ullam bonitatem, &c. Sic Tamb.

12. Itaque duo hic dicuntur. Primo, illas actiones esse materialiter pravas. Secundo, illas nullo modo inducere ullam bonitatem. Dico ergo ex hac germana Tamburini doctrina haberi responsum ad posteriora exempla. Nam esto adiungantur ibi illi virtutum actus, tamen semper illæ actiones laborandi die festo, reddendi debitum non suæ, colendi Diabolum, &c. remanent, & sunt materialiter malæ. Unde vides, in prioribus exemplis duo illa intercedere, esse scilicet materialiter malas, & non habere adiunctum ullum actum virtutis; at in posterioribus adesse solum illas esse materialiter malas, quod satis est, (quia malum ex quo cumque defectu) ut non possim ad illas neminem instigare. Non ita profecto, non ita in iuramento, quo de agimus; nam in illo intervenit quidem actus virtutis Religionis; sed hic non satis esset ad nostrum intentum, sed nullo modo, ut est in se, est materialiter malus. Me enim jurare, quod puto verum, ut toties diximus, ne materialiter quidem est malum.

13. Hoc, quod tu non vidisti, Baroni, vidit Cottonius ex Tercio Ordine S. Francisci lib. 1. Contr. 11. c. 1. num. 14. cuius verba hic ponam. Nec mirum quod is viderit, assuetus enim erat ad intelligendas Tamburini phraes, utpote Auditor Præceptoris mei in Theologicis, qui saepe ex eo tempore præse ferebat ingeniosissimum adolescentem. Sic ergo is habet loco cit.

COTON. Melius ergo, ait, id explicatur, quod in casu iuramenti assertorii materia actus est objectum, non

prout est in de, sed prout est in iudicio. Quare cum quis inducitur ad iurandum id, quod existimat verum, non inducitur ad actum malum, ne materialiter quidem.

Videant igitur sapientes, an sit commentitia hæc distinctio, ut Baronius putat.

14. Sexto, ait Baronius, hæc à se dicta esse solidiora, quam excogitata à Tamburino distinctio. Advertis? Modo num meo? Is eundem reprehendit de nimio gaudio ex eo, quod dixerit eam distinctionem ipsius mentem subisse: At nunc cum ipse idem Baronius ait, à se dicta esse solidiora quam excogitata ab advocario, sibi blandiri nequaquam cognoscit. Vere, non videmus mantile quod in tergo est.

Porro, quod sint solidiora, iudicent sapientes. Quod autem huiusmodi distinctio sit à Tamburino excogitata, fabella mera est, id quod, ut palam faciam, cogor in medium proferre (nec sane extra rhombum) tres illos, qui ab eodem Tamburino citati, ante ipsum eam attulerunt, quos, quia Baronius noluit tunc quando scripsit, legere, æquum est, ut tandem in præsentia legat. Primus sit Diana.

DIANA. An sit licitum (ait p. 5. tr. 7. ref. 14.) inducere Petrum ad iurandum de aliqua re, quam ipse ex ignorantia veram putat esse, licet revera falsa sit. Vt. v. §. si posset aliquis in Academia petere ab alio, ut sub iuramento assermet petentem audivisse per maiorem am partem, & tamen qui petit scit, illud esse falsum, & alter à quo petitur deceptus putat esse verum.

Negativam sententiam docet Azorius, Suarez, Basilus. Sed ego puto, contrariam sententiam esse probabilem, ut illam etiam vocat, & tunc Hurtadus de Mendoza in 2. 2. d. 173. l. c. 16. §. 199. quia peccatum illud non est scandalum activum, quia neque formaliter, neque materialiter occasionat proximo ruinam, non formaliter, quia non vult, ut alter peccando ruat: non materialiter, quia non petit materiam hic, & nunc malam, sed potius hic & nunc bonam, quia actus petitis hic, & nunc oritur à Religione, ergo illa petitio non est scandalum passivum. Confirmatur, quia, quando nostrum peccatum praevidetur, nullum damnum spirituale illaturum proximo, non habet circumstantiam scandalum, ergo hæc petitio non habet circumstantiam scandalum. Neque item est peccatum contra Religionem, quia Deo nulla irrogatur injuria, ego enim peto ab amico actionem, quæ est in honorem Dei; jurare enim quod inculpate apprehendimus esse verum, est actus Religionis. Ego vero illum actum peto, & non alium; quod autem ego sciam, objectum illud esse falsum, nihil interest, quia ego id obiectum non iuro, neque volo, ut alius juret, quod scit esse falsum. Tota igitur injuria Dei esset in iuramento falso. At iuramentum illud non est moraliter falsum, sed verum, ergo in illo nulla est iniuria Dei, sed honor. Ignorantia autem invincibilis multum interest huius instituti quia illa reddit iuramentum honestum, ob quod & meam petitionem honestat. Hinc ad argumentum responderi posset. Provocare aliquem ad iurandum cognitum ut falsum, esse contra Religionem, non vero provocare ad iurandum falsum, cognitum ut verum, &c. Hæc Diana.

Secundus est Hurtadus, sed hunc jam habuisti apud Dianam.

15. Tertius igitur est Vincentius Tancredi, qui de Relig. tract. 4. lib. 3. d. 5. q. 2. sic docet.

TANCREDI. Denique si petas iuramentum ab aliquo, quod sine mendacio præstare non potest, erit sem-

semper mortale, quia inducere ad peccatum mortale, est mortale. Sed in iuramento sine veritate semper est peccatum mortale, ergo: Hec Suar. cap. 14. ad num. 8. quem in omnibus laudat Sanchez & ceteri supponunt.

Putat Suar. num. 8. non licere, petere ab alio, ut juret determinate, V. G. quod Petrus sit Doctor, quod putat verum, si petens sciat revera esse falsum, contra vero posse petere indeterminate: Iura, quod scis de hac re, persona, &c. & Sanchez addit, esse mortale, & Basilius, & Castrop.

Sed contrarium est probabile, & tutum, quia nec est incitatio ad peccandum, cum revera jurans non peccet; immo facit actum Religionis jurando, nec est contra Religionem, Cum Deo per illum actum nulla fiat injuria, sed potius honor tribuatur, cum revera sit actus Religionis. Nec, quod ego sciam, esse falsum, reddit malum juramentum, cum ego non jurem, nec petam jurari falsum. Sic Hurtad. de Mendoza in 2.2. d. 17. sec. 16. §. 199. quem citat, & sequitur Diana, &c. Hec Tancredi.

16. Dicit aliquis, hos postremos Doctores esse Janensistis infensos, atque adeo eorum doctrinam ab eis non admitti.

Respondeo, Ne ab ipsis admittatur, certe admittetur ab aliis sapientissimis viris, quod nobis satis superque est.

17. Illud nolo hic silentio pratermittere, Antonium Cotonium Philosophum, ac Theologum nostro aevi insignem, Janem modestius se gessisse, quam se gesserit Baronius Cum enim retulisset l. 1. Contror. 11. de iurament. num. 12. & 13. prædictam Hurtadi sententiam, citassetque pro ea Tamburinum, quem suum Præceptorem appellat, deinde modestissime loquens, ita in finem eam sententiam ipsi minus placere, ut tamen nulla censura nota illam inuratur, immo videatur illi indulgere non nihil. Sic enim loquitur num. 14.

18. COTON. Melius ergo explicatur id, dicendo, quod in casu iuramenti assertori materia actus est objectum, non prout est in re, sed prout est in iudicio. Quare cum quis inducitur ad jurandum id, quod existimat verum, non inducitur ad malum, ne materialiter quidem, & certe, ut fateatur Delugo n. 23. potest quis inducere alium ad jurandum, non quod res ita sit, sed quod ipse ita existimat, in quo nulla est culpa. Absolutè tamen non licet, quia etiam si juramentum cadat immediate supra iudicium, mediate, & remote cadit etiam super objectum.

19. Hactenus Cotonium, cujus ultimæ huic doctrinæ Hurtadus respondere posset ex dictis, nimirum eos, de quibus loquimur, non petere, nec jurare, nisi quod immediate verum est; nam ab eo, quod est mediate, & remote præcindunt; perinde ac, si quis juraret, V. G. te esse Civem Parisiensem, supposita re sibi moraliter certa, verum juraret, quia juraret illud, quod est moraliter certum, quidquid sit, an re ipsa falso, vel vere tu Parisiensis civis existas.

20. Septimo reprehendit Baronius Tamburinum, quod sic docuerit.

BARON. fol. 96. Sed certe vera distinctio, ut si peneretur, censenda sit in posterum probabilis Hurtadi hoc modo explicata sententia.

Quibus Tamburini verbis Baronius hæc alia verba subiecit, quæ à Tamburino dicta.

Hæc sententia antea improbabilis, donec ista nova cogitatione accessit illi probabilitas.

21. Hæc verba non sunt in mei Præceptoris Textu, ille autem ea de more (nam siugi usque fru-

gi est) addidit ex abundantissimo penu suo. Quæ verba, quamvis parum rem elevent, vel deprimant, nihilominus unum video alterum suspicari. Vnde imponi multa Tamburino, quæ ipse non dicit. Vnde picor id à Baronio esse additum ad excitandum devotum adversus dictam doctrinam, quod saltem devotitate suspectam.

Denique in calce hujus imputati Parisiensibus, lud inconveniens colligit ex data doctrina, huiusmodi.

BARON. folio 97. Nec dubium est (inquam) ex hac sententia excusare posset Scholasticus Tamburinus, qui, ut suum cursum probent, & manant sibi ut ad prædictum, & subinde ad officia, & beneficia, adducuntur, amicos duos, qui rei sibi incomperta, suspicantem sed verbo, & si velis iuramento, fidem faciant, istam fidem diones frequentasse.

23. Nolle esse ita injurius, ut dicerem huic dormivisse Baronium, sed tamen id iungere cogit. Siquidem si paulo ante retulit Tamburinum docentem, tunc illud juramentum excusari peccatum, do sine damno proximi, bono animo jurato, quomodo nunc dicit, ex hac sententia Tamburinum posse à Scholastico excitari amicos ad testificationem de sua frequentia, cum tunc multa damna intendantur? Intercurrit enim Primo damnum quod habetur Scholis, seu Universitatibus, spe enim ejusmodi testificationum non adeo frequentes essent Auditoribus. Secundo, ipsis studentibus, qui, hac re non valde laborabunt de frequentandis lectionibus. Tertio, præsertim ipsi Scholastico ejusmodi juramentum exposcenti. Quarto, quod caput maximum sit damnum Ecclesiis, & Cathedralibus, quæ si ejus generis juramenta concederentur, ab inter Ministris subinde regerentur, quod est intolerabile damnum publicum.

Dices, at Hurtadus, Diana, & Tancredi, modo oblati non addunt hanc limitationem, quæ excludit damnum proximi. Respondeo, id mirum esse nulli, quod hi hanc limitationem non addant, & Baronius reprehendat Tamburinum, qui addit, & quod hinc colligit solidam Tamburini, & eam doctrinam, nam animadvertens, hæc limitationem non addita, non posse eam sententiam admittere, ipse expresse prudenter illam apposuit.

CAPVT XXV.

Injusta Gradatio Baronii.

1. Nier cæteras amplificationes Baronii obversus Tamburinum, excedit illa, quæ per gradationem inducit sententiam ejus esse licentiam, quam sunt aliorum de Societate sententia, atque id ita audacter, & ita verbis, sententiam insolentibus, ut me pudeat tantæ ejus impudentiæ. Jurgis ergo prætermisissis, hæc sunt ejusdem verba disp. 1. sec. 5. d. 2. fol. 77. quæ faciunt ad nos.

2. BARON. Comitoli l. 1. quæst. 15. nunquam patitur, recedamus à sententia, quæ fiat pro lege servanda si sanciat res necessarias ad salutem officii ecclesiæ, vel Causæ.

Alii ex Societate id concedunt: si oportuerit, quæ favet rebus necessariis, cum necessitate dicta, non præcepti, sit probabilior, & communior id est, iuramentum.